

D

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

in omni deus in omni

619

A) De 1512

L1c2

B) De 1513

J3d1

H III 10 a4

F2d

C) De 1494

D) De 1512

233172-233176 II



Philalethes.

Ad Lectorem Rudolphus Vasserburgensis.

perlege veriloquum lector charissime librū.

Crede q̄ haud vīc̄p̄ tēsius extat opus

Nec p̄ferre pedē lōgas huc differ in horas.


Nūc lege quē breuitas cū gravitate p̄bat
plurima sunt libro cornēta miserrima i illo

Coesa q̄bus summi nata tonantis erat
peruersos mores: viria ac mēdacia narrat

Humanū toto quis genus orbe scaret
Multaq; multarū pulcherima noia rerum
Inuenies: quae nō sunt tibi visa prius.



Thesus. * 1512 * Adaria.
Impressum Eracomie p̄ flozianū Ungleriū.



Adolfus Agricola Vasserburgensis humanissimo: eruditissimoq;
viro magistro Michaeli Uratulauiensi maioris collegij studij Cra-
ciensis Collegi sacrarūq; litterarū Baccalaureo preceptori suo co-
lendissimo. S. p.



Cum superioribus his diebus diu: multūq; meū co-
gitarē p̄ceptor humanissime/ quoniam pacto tibi pro-
pria singulari erga me beneuolentia ⁊ amore aliqua
ex parte gratificari possem. nō etē sūm nesci⁹ q̄tū
honestis: eruditisq; p̄ceptoribus modesti: studiosiq;
adolescentes debeant. putauit tandē optimo p̄silio fa-
ctū iri. si hoc Adassei p̄hegij Landensis poete et oratoris celeberrimi
opusculū in hac nostra decantatissima Cracoviensi Academia
quā a studio s̄tatorio grati crancrī estuante sydere feriamur/ nūcū
patim tibi dicarē: donarēq; Ac ut tui nominis auspicio in lucem: docto-
rūq; cōspectū prodiret. Quod etsi (neq; etiā inficias eo) p̄sillū sit:
tūsq; in me meritis multū impar: sententiā tū grauitate: rerūq;
cultissimarū pondere longe maximū. Et quoniā probe scimus nō tū
landis: p̄mijq; deberi illis qui olim aliquid suo ingenio vel ad vlti-
vite vel animi excolēdū vtile/ nihil nō necessariū excogitauerint/ q̄tū
q̄s qui summos auctores nō sine p̄dicio sue glorie dāno in nocte den-
sissima detrescētes ab omni obliuionis iniuria vindicarūt/ que quā-
sic se habeant/ elaboranti: omnēq; operā (quantū per me fieri potuit)
impendi. ut venustissim⁹ ille libellus/ qui propemodū in tenebris ia-
cebat q̄ emendatissime imprimere: ne viderer vel aliene laudi inhi-
dere: vel studiosos iuuenes tam p̄claro opusculo defraudare. In quo
etsi plura memoratu dignissima graphice: elegāterq; dissēuerit que
ad cognoscendos sceleratorū hominū p̄teritos mores/ a quibus se ve-
ritas afflictā ac p̄p̄ssam fuisse lamentat/ quibusq; semp quasi fami-
liare est mendatiū/ plurimū cōferat. imp̄mis tū semidoctile sciolorū
turbe quos p̄p̄chre Lato vitiligatores appellat satisfecisse videtur:
qui virulento: temerarioq; ore poetas sine quibus tū ne quides vnta
ornate loq̄i auderet/ tanq; mendatorū auctores acriter insectantur
nescientes poetas veritatē/ quā aperte interdū dicere nō audēt lepi-
dis q̄basdā figmētis celare: obūbrareq;. Officiū siq̄dē poete ē (ut ille
ait) figurato ac decore oratiōis et carminis cōtextu mores: actus:
res gestas: loca: gentes: terrarū situs: flumina: syderū carsis rex na-
turas translatis signis: mentiū aiorūq; affect⁹: effingere: electisq; ver-
bis non ex fece plebia simulachra p̄cinna et legitima quadā verborū
mentura exprimere. sed de hoc (si dijs visum fuerit) breuē aliq̄ etiā



tractatū scribē⁹. Reliquū est p̄ceptor colendissime vt hunc libellū
quē olim mecū ex germania deportati hilaro vultu: fronteq; serena
inscipias. Qui licz vlcerib⁹: mendis: cicatricibusq; dehonestat⁹ erat
amaculis tñ opera: laboreq; nostro tersum castigatūq; vt reor cōspi
cies. Sume igit mōnisculū illud gracile et parū qđ nostrū inter vos
amorē tanq; glutino tenacissimo innodet. dñ quoq; faxint vt illud sit
perpetuū pign⁹ ac monumentū mee erga te obsequantie. Vale ⁊ Ko
dolfum Vasserburgēsem in tñorū discipuloꝝ rationariū vel inter pos
sirem os referas velim. Itē vale ex p̄tubernio nostro Lraconie Anno
salutis Milleesimoquingentesimododecimo.

Quedam de Veritate hincinde recollecta per Bartholomeū fa
gilucum Uratistatiensem.



ME primo statim lepidissimi huius dialogi obtutu le
ctor suspensus animo redderet: nō gratabor nōnullo
rum de Veritatis origine differentiu auctoꝝ adscri
bere prima fronte recensereq; snias quanq; in p̄ntia
non est neq; p̄positi neq; operis hui⁹ quicquid ad hmoi
rem facit in vnū cōferre. de huiusmodi etenim pusit
lisq; rebz hand magna terenda sunt probemia. Plutarchus itaq; in
problematis causam inquitur quā antiquitus operto capite res diui
na Saturno fieri cōsueuerit atq; id significatū arbitrat qđ veritas oc
cultari: obscurariq; nō potest: Veritatis aut̄ parentē ac decem romani
saturnū habent. Sed quid est qđ cū veritatis patrem ducūt. An qđ vt
pleriq; phi censent Saturnū tps esse existimāt. Veritas aut̄ tpe inue
nitur hec ille. Nec aliū sensit L. Li. quā ait libro. xij. A veritate labor
rari nimis itis sepe aut̄ extingui nanq;. An. E. e. insup noctiu attica
rū libro. xj. cepite item vñdecimo admonet quēdā veterū poetaz ve
ritatē tps filiā vocasse qđ ea licz aliquādo lateat tñ tps p̄cessu in luce
emergat: quē antiquū poetā nōnulli sophateni esse voluerūt. fertur in
eandē sniam teste Erasmo Rhoderodanio hic quoq; senarius puer
bialis. At veritatē tps in lucē eruit: ⁊ alter itē hunc adhilis Omia sub
auras tps apperēs refert. ⁊ Pindar⁹ in olympiacis tps oim parens
tē appellat qđ nihil nō fiat p̄gressu tps sic dicēs ne tps qđ rerū oim
pater potuit negotijs finē imponere. neq; discrepat enāgelicū dictū
nihil enī ē opertū qđ nō reuelat ⁊ occultū qđ nō sciat. De vitate etiā
Licero in orōnib⁹ quēdā in hāc ferme sniam p̄sc̄psit. Et seneca in tra
gedijs quid verba queris veritas odit moras. Boetius preterea so
cratus decretū esse dicit non occultare veritatem.



Um repeterem nuper animo
Eustachi frater id quod sepe
soleo: tam puerfos in omni mor
taliū statu corruptosq; viuēdi
mores: attendere mq; nihil nō
plenū fraudis: improbitatis:
aggressus sum nouā breuemq;
et: vrputo: nō inuocundam ingenij lucubrationē. que et si primo
p̄spectu admirationē tibi forrasse sit allatura: q̄q; i p̄dēdis poe
matibus studia mea hactenus impēderim: liberā nūc primū so
lutāq; dictionē amplectar: quū animaduertaris tamē diligenti^r
rei de qua scribendū fuit inuentionē: nō modo nō admiraberis
sed vltro etiam qualecunq; est quod egimus approbabis. *Ita*
imprimis nec ab poete officio discessimus: quod per se satis
ista scriptio atq; apte manifestat. nec licet poema ediderimus:
potuimus facile opus dialogo prextū: quod prefertim neq; tra
giciū neq; satiricū est adstrictioribus numeris explicare.
Et si quibusdam forrasse videbit̄ oratio nostra mordacior q̄
vel ego soleā: vel delicata multorū ingenia pariant: rogares eos
velim vt rationē animi nostri equanimius suscipiētes existimēt
nō tam in e omnīū hominū q̄ humanorū omnīū statū vitam
coarguisse. purentq; nō ita damnassee me mortales scelerū eorū

ui vbiq; gentiū. Quoricens inuocaui nomē tuū atq; inclamaui.
purauerā te ciuitates colere. frequentē esse inter puenus homi
nū. Sperauerā tibi magnū esse ⁊ celebre nomē in populis. Sed
quibus nūc te video errantē in asperis atq; desertis locis: squa
lore obsitū: horridulū: veste sordidulū: pallidulum: incomptū:
soliuagū: incognitū: despectū: qd mirū si nūq; tibi dū vbiq; te
vocare exaudiebar. O letam me nō minus bodie ⁊ p beatā: cui
vocatū te antea toriens post longa tandē mala mea iopinatus
hic dies atq; locus obtulit. Sed cur edissere mihi: tam incult^o
es ⁊ veste lacer: tam squalidus ⁊ abiectus: cur hec habitas q̄ p
horrore fere etiā loca refugerēt. Epbi. Edisseram tibi vt liber.
Sed imprimis: quandoquidē miserabilior tua pditio videtur:
expone mihi cur tantis tu pfecta vulneribus tantoq; sis cruo
re pserpa atq; fedata: cuius olim tam erimiā esse formā accepe
ram atq; liberalē. cuius ex ore candidiorē sole etiā splendore scin
tillare predicabant: cuius frons neq; hilarior neq; tristior: cui^o
aspectus neq; deiectus humilius: neq; pfusus licentius: neq;
eiectus altius: sed reuerenda quadā ⁊ formidabili quasi maie
state pditus ferebat. Vbi nūc decor ille longē lectus longe q; cha
rites illas eruperans: vbi nūc tanta illa forme dignitas simulas
cris etiā omnibus emendatior: vbi venustas oris ⁊ elegātia: vbi

capillorū rutilario: candor corpis: honor oculorū ⁊ gratia: cur
inmutata nūc omnia deformata: cōspurcata: coinquinata: Qui
nā dic mihi ita te p̄foderūt p̄fossamq; ita crudeliter affecerunt
vt nulla videam sine vulnere sineq; cruore vel minimam corpis
partē: **De. Longū** factura essem sermonē si malorū meorū se
riem omnē explicare vellē: quod ad auctores tū prinet possim
eos breui verbo tibi significare: mortales scilicet a quibus tam
dirū i modū vulnerata atq; cruērata sum. **Ep̄bi. Mortales**
ergo tantorū tibi malorū auctores: **De. Mortales. Ep̄bi.**
Quasi diuinabā nam eorū improbitas satis mihi ac sup̄ mani
festa est. quos etiā p̄cū finita scelerū eorū turba ita sum aspera
tus ita dedignatus: vt nō modo a domestica eorū p̄suetudine:
sed ⁊ ab aspectu insup̄ me p̄orsus abstulerim: satius ducēs mi
hi existimāsq; dulcius in his vastis solitudinibus vitā agere: cū
bac vili ⁊ trita veste: cū tuguriolo vel minimo quo ventos arce
am capere tennes cibos limphas habere in delitijs: q̄ summa
cū omniū diuiciarū atq; dignitarū affluentia versari iter tot por
tenta flagitiorū: quibus ad summū vsq; omnia referta sunt mor
taliū tecta. Que cū neq; oculis p̄spicere: neq; cogitatioe p̄pe su
stinere possim: id factū est cuius causā a me querebas: vt tam
incultus ⁊ squalidus elegerim bec boventia magis loca inba

bitare. Sed tu oro: enarra mihi atq; a principio repete causas
malorū tuorū: quas uti magnā cū attentione ita graui nō sine do
lore auditurus sum. **De.** Accepisti ne vnq; vllas celestes vir
gines ab oprimo marisq; parente meo ad mortales demissas
fuisse? **Epbi.** Hoc ex te cupio intelligere. **De.** Demissa iam
pudem p̄cordia: Demissa pax: demissa iusticia ⁊ item pudicitia
demisse innumerabiles alie crimina specie cadentiq; pudore vir
gines: Despecte vero a mortalibus om̄es ludificate: pfugate:
⁊ p̄ totū orbem exagitate: ac demū vnde venerant regressę sunt
Demisit me postremo amantissimus mortaliū parens meus:
ratus p̄pter maiore quā p̄fero vultus mei reuerentiā ⁊ digni
tatē: nō tam graues modo me iniurias excepturā: sed bonori
insuper magno ac veneratiōi apud illos futurā. Et si quid erat
quod p̄pter me animo angere: id vnū erat excellentia forme
corpiq; nuditas. que eum cogebāt obscenas atq; impuras ali
quorū: si quas offendissem: manus vereri. Quē vero longe cogita
tionē euentus fefellit. q̄ longe alia crudelitatis magisq; obsceni
tatis facinora extimescenda erant: que tot ac tanta sustinui: ut
cū audieris p̄ inhumanitate vir illa credibilia tibi videantur.
Epbi. Nai fallor equidē intelligere video: precipuos inter mor
tales tanti sceleris reos. **De.** Quos? **Epbi.** Circulatores ⁊

nos quosdam nouarū artium ostentatores, qui vel fucatis her,
barū pcinationibus vel fictarū imaginum gesticulationibus il
ludunt maxime rudi popello, quibus nihil est veritate alienum
magis atq; incognitū. ¶ De. parū vel nihil habeo quo istos
accusem. Nam ludunt magis q̃ ledūt cor̃ artes. ¶ Pbi. Mi
mi ergo te leserunt ⁊ histriones, q̃ quos volunt hominū gestus
⁊ voces ipsi effingere ⁊ ementiri possunt. ¶ De. Et bi minus
q̃ superiores. Nam c̃fendunt neminē vnq̃: delectant aut̃ quē
q; iocis ⁊ salibus suis. ¶ Pbi. At credo manus intulerint qui
imposturā faciūt: conātes vim nature infare dum ignobiliores
metalloꝝ materias i preciosiores ṽtere atq; adulterare vanis ar
tibus suis contendūt: vt vel discāt magis: vel que nō prosunt
supersticioso quodā studio magis inuestigent. ¶ De. Deplo
randa sunt aliunde grauius vulnera mea: q̃ q̃ ⁊ nō nihil (sator)
me lēsaunt bi impostores. Sed puniuntur satis stulticia sua
nam delusi tandem impostiq; suis p̃ semet impositionibus re
digi solent ad summā calamitatē. ¶ Pbi. Zeserūt te ne forsitan
aruspices ⁊ astrologi ceteriq; qui diuinationē aliquā proficent̃:
qui varios vite mortisq; euentus prenūciantes tūc fallunt ma
time cū certius veriusq; venturū aliquid se intellexisse arbitrāt.
¶ De. Neq; horū vlam in me iniuriā quero. Nā quo abscon

dicam magis futurarū rerū rationē aperire atq; notū f.ossint ef-
ficere: clal orant plurimū z insudant: qui si min s quod conari
f.unt exequuntur: ad scribendū id magis est debilibus ingenij
nomis ac viribus q̄ prauitati vlli z malignitati. **Ep̄bi.** At co-
gor etiam de philosophis male suspicari qui cū abstrusa quēq;
nature scrutari morūq; ratiōes fundare p̄tendant: tot p̄trarias
intra se excitant lites explicatasq; nondū p̄certatiōes: vt nulli ad
huc certa corū que tradunt veritatis via pateat. **De.** Immo
centissimas z hi quoq; ab iniuria mea manus habent: qui z si
falsa oppinātes sepius magis irreciant erroribus: inuestigandi
tamen veri vna enimū ac par est intentio. ad quod pro suo q̄s-
q; captu diuersa ducit opinionū via. **Ep̄bi.** Qui tādē restat q̄
ratiōis te affecerunt malis nisi gortarum inepriarūq; plenilogici
qui mendacijs semp z caullariōibus certantes nunc currentes
sedere: nūc sedentes currere credi volūt. atq; nūc homines ass̄
nos risibiles garrindo adstruere conant. **De.** Naud istud
quidē dixeris: nam precipui ipi ante om̄es quos memorasti: ve-
ri cultores sunt. cuius querendi indagandiq; gratia p̄ponūt ta-
les quasi quasda ambituūculas deliramentoūq; imagines: sed
solida est corū vis atq; arguta. neq; gortarū vt iniquis ac inepri-
arū plana. **Ep̄bi.** Credo om̄ia vt narras. nam nūc in mentem

veniunt certissimi omnibusq; notissimi hostes ac amici tui.

De. Qui nam? dic obsecro. **Epbi.** Quis nesciat poetas con-
fictis nescio quibus nugis ac fabularū portantis totū orbe im-
pleuisse. **De.** Que i digna audio? **Epbi.** Cur in digna? **De.**
Nam nullū est mortalīū genus a quo magis q̄ ab his venera-
ta; aucta illustrataq; sim. **Epbi.** Cur ergo vulgo fertur poetas
om̄ia fingere ⁊ ementiri? **De.** Cur ⁊ multa alia vulgo ferunt
vana. stulta mendacioraq; ijs quorū poetas insimulant? qui cū
corticeā rerum: vt aiunt: tantū intelligant: ea etiā tantū diuidi-
cant que oculis exterius apparentia inueniūt. Sed ad cognoscē-
das magnas arduasq; res opret latentes celatasq; eorū q̄ dictū
tur rōnes intro speculari: pensareq; vim omnīū castigato lōge
ac perpenso examine iudicij. ad quod penetrandū nulla beberis
⁊ crassi vulgi vis quantūlibet magna ⁊ acris sufficere potest.

Epbi. Et quid in se habent poetarū carmina quod lateat verū
fidele: magnificū: dignūq; veneratiōe? **De.** Quid ad intelli-
gendas varias regum ac populorū res gestas prinet: vel ad co-
gnosceda archana nature morūq; ⁊ vite salubria instituta con-
ducit. Nam a nullius sapiētie p̄fessore mediūsq; a poeta diuer-
sorū r̄pm ac locorū vices situs ⁊ gesta scribunt. neq; philosophi
nature morūq; ratios indius: neq; astronomi celi astroūq;

vim ac mentis doctius: neq; musici vocū numeros et ceterū
tus elegantius: neq; ceterarū quicq; suarū artū precepta fide
q̄ poete tradunt. atq; ideo excellēti quadam dēc minatiōe poe
re quod idem est ac sacrores appellari sunt. Qua in re nō pauci
se ipsos deceptiūt. qui cū vit pingue quēdā ac iudicio satis suo
resonantē canorem: syllabarū etiā debitorā p̄portionē viribus su
is expressiūt: acutus se hediconio equas planis si uelut baulis
sc: atq; summū parnasi cacumē ascendisse arbitri sunt. Et cū
cūctis in disciplinis cuiq; sua et si mala placere videamus: mirū
tamē est q̄ in poeticis maxie id virio dātū sit vt ingenio quisq;
suo blandiāt: vt inepto q̄uis et dicit quisq; carmini suo ac tri
buat multū: vt nemo nō musam suam: veluti simia gnarū suū
charipendat laudet atq; intencus admiret. Et p̄necessaria ē ad
instruēdū carnē longa auctoriū et quidē auditorū lectio: lōgus
et inundans litterarū fluuius: qui abūdanter suppediret tanta
q̄ dicenda poete incūbūt. perenda sunt p̄uestigandaq; diligēter
nota queq; et p̄pria atq; rebus suis cognata vocalula. Et duo
cande sunt nō plebeie aut seruiles: vt ita dicā: sententie. Sed que
a vulgi fece segregate: mirido quodā decore ac venerabili sui ma
iestate resplendeant. Sed p̄ter hec quod maius restat: opus ē
grandi et prompto atq; acri ingenio quod cogitatiōes suas fa

cliter exprimere: polite ordiri: luculenter narrare queat: qued
verba sententiasq; sciat artificiose versare: varie distinguere: p
te primare: quod castigare: pcuniterq; loqui: moderari aurb
7 p rei cuiusq; dignitate sublimiter: pcesse: pcitare: remparare:
om̃a psequi possunt. Que c̃icta quoniā arduū ac difficillimum
est assequi: ideo qui homi pbariq; poete extiterint: rari quidem
7 pbenicis instar in lucē pdiderūt. Suntq; corꝝ ingenia diuini
magis munerisq; humanarū viriū. q cū tot ligati pstrictiq; sine
vocū ac mensurarū legibus: tot vocari a differendis varijs re
bus 7 disciplinis: band facile illis esset om̃ia pperuo feliciq; sti
lo pplecti: nisi adiuvante instiganteq; dei miro assensu ac spira
culo atq; domestico prubernio: calefcēteq; diuini spūs igni quo
dā ac deflagrante magis incendio. quos idcirco etiā furore re
pleri 7 debacchante: quasi quopiā pfluuiū spūs circūactos fu
tura sepius predicere manifestū est. Nā postq; dulcis illa flāma
cōcaluit: mor vilescere humana: ppriavero fieri 7 sapere diuina
incipiūt. cum rapit̃ mens corporci sui quasi ergastuli oblita: a
gitq; tanq; celo vaga 7 libera: fruiturq; delitijs eius prophano
vulgo incognitis: quas 7 si nō gustu certo: at imagine saltē 7
odore quodā: cuius suavirudo facile nūq; explicari posset: atting
git. proinde quoq; licentior est causa poetarū: qui veluti reges

atq; imperatores quas volūt sibi litterarias leges rogant: et
pri a cōi qua tecti coarctant grammatice simul ⁊ historica ne
cessitate. Unde fit vt q; liberiores eoz terminos ac fines: officijq;
ipsoz latiores habenas ignorāt: mirent accusari q; tantū q; sin
gendi queq; sibi licēci vendicant. Sed si inteligerēt diuersum
longe ab historicis ceterisq; scriptoribus eoz officiū: cognosce
rentq; diuinā mētis ipsoz p̄citationem: q; sa succenti magnoq;
quasi precipites imperu rapiūt: nō accusarent modo sed p̄man
darent insup; macie velatas quas ipi intextūt figuras rerūq; fi
gmenta. Nam quum carmen nō sine furore mētis diuinoq; af
flatu exprimi possit: occupatū haud esse puenit poētā in vulga
ribus quibusq; ac minutis rebus. Sed excellentē ⁊ cū deo fabu
lantē atq; iocantē spiritū necesse est liberū agi. ⁊ res gestas non
historici more: cuius pedestre magis ac seruale est officiū: ita ex
plicare vt sub instrumēto publico ⁊ fide testū rebellionisq; au
toritate claudi videant. verū sicut varicinātes ⁊ Appolline ple
ni solent: opret rem quantq; ita vt est vera: in exprimere: aprom
ptamq; nō cū nuda ⁊ rudi simplicitate aptam ostentare: sed cū
varijs decorisq; velamentis: tortuosis figuratiōibus: obliquis
q; traduciōibus inuollucere: atq; p̄ dulces fabulososq; q̄si quos
dam ambitus ⁊ ambages magnarū rerū varietatē significare:

quo festiuitate sic illustrata acquirat sermonis venustate et lepor
rem cunctisq; decentie. festiuitatq; taliter ac decetior facta: sum
mis tantu et prestantibus ingenijs prospecta innotcat. trassio
vero et deiectionis qualibus iners totu: bunde scater vulgus: igno
ra peritus atq; abstrusa delitescat. pudet siquidem poetam tam pro
fiosam suppellectile suam omnibus passim nisi lectis et perfectis
dare tractabilem atq; domestica. Hinc est unde inualuit aliqui
vana ea quorunda inscicia: qui quonia tantu quod oculis subie
cerum habent intelligant. ausi sunt tam mystico poetaru artifi
cio calumniā inferre: mendaces eos et falsos appellantes prop
ter blandas quas pment sunt et prurientes fabulas: nescientes
vero poetici officij modu cuius non tam propriu est sancris pro
desse exemplis et institutis q̃ dulcibus insup oblectare verbor
in volucris et figuris: quibus veritate reru et magnitudine non
quod falso ipsi purant: obrebraru et diminuerut sed exornaru
magis digniorq; ac reuerentior reddiderut. ¶ pbi. Magna
de poetis narras. ¶ De. Et que magna et que vera sunt narro
¶ pbi. Et que vera ego quoq; esse puro. Sed expone tu mihi:
qui te ita cruciatur: ¶ De. Expona tibi ex ordine. ¶ p̃ primum
an iussu magni omnium patris descendit in terras: ibi prius
q̃ puenirem mortales: inuisere inferna loca: ubi quanto bonos

re fuerim ab omnibus illius regni incolis suscepta: nudaq; a nu-
dis ipsis hospitata: nō possem facile vllō sermone cōprehende-
re. adeo me rigidus ⁊ incultus Lbaron: adeo me seueri ⁊ duri
iudices ⁊ pluri ipse magnus ceteriq; omēs libenter aduentū
sem viderūt: visamq; admirati reueritiq; maxie ⁊ venerari sunt.
Mor in mortaliū orbē iter aripui credens etiā maiores longe
ab his honores adsecuturam. ita me vana decepit credulitas
mea. Tū primos offendi ingentes bellatorū exercitus cū mul-
tis munitissimis ad expugnandas ciuitates machinis. Cph.
Nūc rem intelligo: ipsi ergo illi suis te gladijs ⁊ hastis tā aci-
ter p̄foderunt. De. Minime. etsi enī infinita cōtinue commi-
tant flagitia: nunc bonū opes diripiant: nūc illos afficiāt vulne-
ribus: nūc alios iugulent: mentiunt̄ tamē nūq̄. Cphi. Quonā-
modo? De. Nam nō minus impudentia sunt eorū dicta q̄
facta. q̄ cū multa crudelissimē rapacissimeq; faciāt: nō aliter tū ac
fecerit se vel fecisse vel facturos esse vnq̄ p̄ferūt. Cphi. probe.
Sed qui rectandem dic: ita grauior afflictorū. De. conspicua
tum vastum pelagus: animo versare cepi: terras ne prius an-
maria inuiserē: vicinūq; sententia vt ad minus frequentatas tur-
bis nudas me puererem. At vir illuc attigerā: p̄scenderāq; na-
ues q̄ primū tūc aculeos malorū meorū experta: p̄spici tātam

federū omnīū turpitudinem quantū nisi his oculis haussissem:
nullo vnq̃ modo ante mibi persuadere potuissem. Horrendū
dictū: vidisses illico in me om̃es impetu facto correptis totam
flagellare mali rudentibus. quib⁹ a se prorsq; graniter mibi sca
pule nigrozē ad huc sūt atq; liuorē apte restant. Tum ferire gu
bernaculis: clavis: Antemnis: arpagonibus: consillis: remis:
conciis: anchoris: tum iacere trodeas: porciſculos: supara: ar
temones: scalas: parastaras: trāstra: tabulata amplustria: sum
maq; etiā mali carthecia. Atq; his ego ita priuinis malis pulsa
ta: cruozq; nō medico p̃ſperſa proripui me inde ocus: perijq;
taras: cum ibi statim aspicio latam ⁊ apricas planiciē: patētes
campes: saltus: vineas: prara: hortos: insudantesq; in ijs lon
go opere indemites agricolas: quos ⁊ si olim aserca dū ab im
mortalibus emigrasset postremo loco inuiscrit: primo tamen
ego puenire statim ppter rudiorē simpliciorēq; ip̃oz naturam:
rara ⁊ p̃inde hī: maiores obsequētioreq; erga me illos futuros
esse. Cōcess. itaq; illuc contēplataq; corū mores: vidi: que videre
delui: furta: rapinas: insultus: audaciā: pluraq; alia ⁊ grauissima
scdo a. Dix aut̃ eos dulciter amiceq; saluatorā cū stimulis pri
mo ac si hos illis visa essem me pungere. de hinc stuas: bures
vomeres: aratra: dentes: iuga: rastros: birpicesq; dentatos in

me mittere aggressi sunt. puratorias etiā falces messorias ac fe-
narias. cum pcutere me acriter cylindris: pammiculis: tribulis
vannis: ventilabris. cum ligonibus: bipalijs: sarculis: bidentri-
bus: tunijs: fuscinis: runconibus: rastellis: furculis: palis: pri-
cis: cratibus: coribibus: qualis. Discessi ab eis tādē tam imma-
niter vulnerata: et in vrbes tanq̃ in turissimū diuersorū saluber-
rimūq; lat-orū meorū laiamen confugi: cogitās vero qnā ex onis-
bus q̃ vrbes colerant modestiores essent atq; sanctiores in ani-
mū induxi mihi sacerdotes primū. Iter itaq; fuit mihi ad tem-
pla arasq; magnorū ceditū. specula atq; itidem ibi diligenter mo-
res habitusq; sacerdotales: delectata sum certe primo eorū con-
gressu. Mā decēs suus erat habitus pariter et incessus. dāinde
inuocat sepius dei adiutorū: vel p̃ viuētib; sanctā pacē: vel
p̃ defunctis requiē: vel p̃ vniuersis veniā et misericordiā implo-
rantes: diuinas semp laudes sublata voce resonabāt. Mōnul-
li etiam publice declamātes nūc virtutes summa laude: nūc vl-
cia graui accusatiōe psequēbātur: atq; ab his deterebant. ad
cas magnopere quēq; inuitabāt. placuit mihi hec exterior vir-
eoz facies presertim q̃ i dei maximī et optimi collaudatiōe quo-
nibū fieri potest melius aut digniū: semp eos occupatos vt
debā: cupiensq; in eoz strictiōe venire familiaritatē: Introiui in

concanter secretos et iā ipſorū thalamos, vbi p̄tereo q̄ viderim
singula exterioribus minime interiora respondentia. Sed id sal
tem nō omitram qui attractantes frequenter lectitantesq; bre
ues quosdā codices: a quorū breuitate nomē et iā illis p̄sonū in
didicūt: p̄citato quodā ⁊ p̄rupto oris motu ferebant. biblien
tiq; instar amphore multa magis quasi obmurmurabāt q̄ p
ferebant. in quibus quantum coniectura carpe potui: diuinas
quas supra memorauī pactiōes atq; inuocatiōes faciebāt. Sed
neq; ego q̄ dicerēt facile accipiebā neq; ipi: vt arbitror: plane itel
ligebāt. ⁊ si q̄ erāt q̄ p̄cipi possēt: ea t̄m erāt nescio q̄ v̄ba tituba
ta. q̄ magna cū labiorū festinaciōe ac p̄fusiōe p̄strepbāt Nec mo
ra magno in me cum insultu: oruerūt. correptisq; breuibus illis
libellis suis in oculos colliserūt atq; p̄tulerunt: vt dextrum pe
ne hunc mihi quē leuū adhuc vides: crucint. Tum acerris ⁊
arulis: candelabris: cereis: emūcroiis: lichnīs: lampadibus: sa
crisq; om̄ib⁹ vasis, atq; ip̄is postremo que summū celi regem
hominūq; liberatōrē affixum sustinebant sacratissimis crucib⁹
ita me insectari sunt: vt p̄pe tūc mihi desperandū omnino esse
putauerim. Sed ausugi inde citius subirasces multū tam vane
crudelitati decept⁹ atq; de his opinioni mee. Egressa vero fores
temploꝝ: neq; videns ad quos me p̄ferem: euolauī in plateas

viasq; publicas. Quot tum mihi ⁊ quanta se palam obiecerūt
vndiq; ementiū vendentiūq; inter se vdamēta atq; mendacia
quanta mercatorū redēptorūq; parūria prorehetarū inuolucra
fustitorū fraudata nege cā: numulariorū p̄stituta lucra: publi-
canorū audacissima scelera. quante artificū deceptiōes ⁊ deprā-
uariōes: quanta nō virē modo sed ⁊ femināz insūp atq; pue-
rorū mentita vāba pariter ⁊ sacra quanti ⁊ horū fuci. quante ne-
bule: quorū: quod detestabilius est: eo magis ⁊ undolēs pbat̃
atq; magnū aliquid de se pellicori predicat̃ quo murriri ac mā-
gis fallere assuescunt. femine in me prime iecerūt fusos: coles:
verticulos: glomera: matras: patulas: tibicines: radios: pē-
sa: acus: calas: hos: tbeas: rum gemmas: lapillos: vniones: vi-
riolas: annulos: inatres: amillas: chelidres: detritalia: lunu-
las: roques: catillas: murenulas: puscididas: simianctia: mi-
tras: anademata: discriminalia: celanistras: specula: nartulas:
olfactoriola: sudariola: scalpiboria dētrificia: dentiscalpia: aurī-
scalpia: atq; ī numerabilia q̄ magis etiā me lesarūt vnguentaria
vasa elegētoris q̄ necesse sit forme causa parata. p̄st puerorū
ingens ⁊ conferta turba raptim me fustibus ac saris imperie-
runt. Tum populi longa multitudo vt hinc inde concitata su-
gidit ā. atq; cūi ex genere artifices que p̄ suo quisq; vsu parata
babeat instrumēta: magno cū furore in me miserūt. Vidisses

volitare laniorū : cetera:iorūq; mensas:trapezophora:trutinas:
pondera:saramēta:bamos:vnco:retia:curriculos:nassas:
cultros:machacras:dolabra:Locorū pistorūq; aena:cacabos
chytropodes:creagras:verua:craticulas:restas:sartagines:
parinas:ollas:fiddias:lebetes:mortaria:pila:rudes:aluco:
scaphas:labra:cribracula:palas:rutabula:batilla:fuscinulas:
forpices:vincinos:scutellas:pmulsidaria:parapsides:codearia
quadrans:lances:carinos:cauponū:ciarhos:sciphos:vrceolos
oenophora:pareras:obbas:trullas:calices:pbialas:colūnaria
amulas:cantharos:aschopbas:lagenas:congios:ancones:
cymbia:crateres:aphoras:cados:pictureos:pugillares:stilos:
colores:peniculos:spōgias:cōchos:catēria:suroꝝ forpices:ac^o
formas:inēsuras:scalpro:subulas:mucrones:Digitalia:Calo
nūq; ac ois gñisfabroz forpices:malleos:icudes:folles:securē
fibulas:fetucas:rectes:trullas:ppēdícula:nomas:regulas:
amulles:modulos:circinos:tonos:māpbures:limas:eda:scā
phia:sertas:dolas:ascias:arcbias. ¶ Medicorū rōsoꝝ:pigmē
rarioꝝq; pedes:cucumas:nouaculas:forpices:cucurbitulas:
cores:scalpellos:specilla:uofellas:hamulos:modiolos:diodes
scaphia:matellas:pirides:piperatoria:mortariola:pistillos:ru
diculas. Quibus in me diu grauitatē ac grandinis more ruen

1
tibus: pene tandem deficere cepi: quū rotabatur vndiq; et dragita-
bar incerta mei ac anxia: nec quo diuerterem rurū illū aspiciēs
locū. ecce pueni forte ad fora publica. vbi et mira intueus cū gra-
uitate pterores atq; pcesides multā irem rogatoꝝ capiciatorū
q; hominū turbā qui vcl iudicabāt vcl pcurantes ipi causas al-
lioz dicebāt. allecta sum primo ipsoꝝ aspectu. nā et singulari vi-
debantur pcediri modestia rum et longiores latioꝝq; eoz roge
magnam simul et sapientiā et vire integritatē ostentabāt. Accessi
si ergo propius ad eos existimans me de charybdi iam securū
in portum applicuisse. cū subito incircūspectā latrantibus cani-
bus in scyllam video me delatā ac precipitatā. Mā quas ibi nō
audiui horrendas latrantū causidicoꝝ voces: quas non iudici-
cium iniquas interlocutiōes atq; diffiniriōes: quas nō vidi pre-
torū ambitiōes: quas nō adueri rebellionū scribarūq; falsitas
tes: Quos etiā cū primo adiunxissē tanq̃ humilioris pdirōis
homines. mirū vt quanto citius calamarijs simul atq; glaphia-
rijs rbecis: calamisq; ac atramentarijs vasis: scalpellis: etiam et
ceteris scriptoꝝ saramētis suis in os mihi oculosq; acriter
insulcauerūt. Mox acrius quoq; et impudentius pterue in me
ausi pcesides: assessores: circūlatrantēq; vndiq; illi scyllē canes
tam longus tanq; venerabilis ac rogatus ordo: atq; in me pri-
mo vnguibus de hinc dentibus crudelissime seuentes: dilani-

1
sunt fortū mihi atq; vbiq; corpus excederēt, quorū quotiens re-
cordor caninā illam rabiem: morsus venenatos: sanemq; non
minus riciano vulture ardentem et indomitā: premisso torcēs
destitutorq; tota pene pre recordatione, ita mihi penetraverunt
ultimos etiā cordis recessus, vt horū ppariōe p uera carne que ex-
ceperā q̄uis amarissima vulnera: prope dulcescerent. At postq̄
dēfessi prius q̄ exaciati sunt malis meis, liquere me tandē. Ego
vero quantū vulnerū acerbitas magnitudoq; sinebant, maru-
raui inde fugam, et que vnica tantū restabāt loca: conculi me ad
curias p̄ncipiū atq; eorū qui p̄ncipibus assistebāt potentiorū
hominū turbulentissimas turbas. Neq; vero dicā que passim
ibi singula viderim licentiora etiam q̄ que supra recessui. Quā-
tur pro se p̄culcati pupilli: flentes vidue: egentes p̄strati: imo-
centes daminati, optimi quiq; accusati: p̄scripti: mulcrati. Illud
tantū memorabo q̄ pre indignitate rerū tanta commota
sum cōmiseratione: vt quum innumerabilibus iam corporis vul-
neribus ex alandam vsq; ipsam animā p̄fecta essem: maiore etiā
cū dolore et anxietate: tulerim nouū id animi vulnus quo p p̄u-
crā transfixamq; incredibilis quedā me tot ac tantorū malorum
p̄anitas affecerat, tam grauis erat atq; miserabilis facies eorū.
Que quū viderem: nō magno poterā sine honore intueri. Mira

ris forte pietatē tenacitudinēq; animi mei, sed miraberis longe
magis furore eorū q̄ lōgo in me peritato agmine q̄si debachātes
nō ferro qdē me extinguere (nā extingui haud posse me ferro intel-
ligebār sed pugnis: saris: calcibusq; prūdere: stragulareq; laque-
is: p̄mptū certūq; mortis mee gen^o arbitrati sunt, quo nec prēti-
cōrū s̄a etiā ⁊ strangulatā rotare demū p̄ pedes ac quassare illide-
re; terre p̄ vi sua quisq; contēderūt. Quibus tantis malis af-
fecta postq̄ nō tam rabie exatauerūt suam: q̄ extremū (si qdē
adhuc restabat) spiritū me exalasse crediderūt: eiecta sum in po-
meriū vibis tanq̄ vilissimū cadaver depascendū canibus atq;
feris alicibus. Sed quas nō inueni cūctis etiā hominibus mi-
tiores feras ⁊ volucres: quid referam: quanto me studio ⁊ amo-
re perfecti sunt in primis canes: tum corui ⁊ vultures cetereq;
aues etiā immaniores, qui conglobati cateruatim omnes assistē-
tesq; mihi certabāt: nūc he plaudere alis: cōqueri dulciter ⁊ cō-
dolere: purgare rostris vulnerū saniem: nūc illi pedibus cauda⁴
q; blandiri: lingere vulnera plagasq; mulcere: donec q̄ superat
adhuc scintilla vite mee calefcere redireq; sensum in veterē flam-
mā atq; restitui cepit. Quid cū iam valentior sacra inde secessū,
sem: quid narrabo tū: nō canū modo ⁊ alitū: sed leporū etiam
visorū: tigriū: omnisq; generis ferarū apta sum mansuetudines:

propeq; dixerim humanitatē. Nā post longa quē sustinuerim
mala: quū ex vrbibus omnino statuissem migrare: in abdita lo
ca perrexi in siluas ⁊ nemora tanq̃ securius in refugium vite mee
Nec vero mea me fecellit opinio. nam quanta me prius homi
nes affecerāt iniuria: tanto postea me honore siluestres fere atq;
alices a quibus tam amice suscepta sum: tam sedulo semp ⁊ offi
tiose comitata: vt: quod de hominibus ante crediderā: viderē
tur ipse humanos mores: mutata vtrinq; natura: sibi vindica
se. Dehinc vero capto desiderio: vt fui: plura inuisendi: conscē
di altiora hec collium atq; montium loca. in quibus ⁊ multos iam
erravi dies. neq; mortalium quenq; adhuc offendi preter te. cuius
primo etiā aspectu offensa: nō potui nō timere: memor eorū que
tibi reuli a mortalibus sustinuisse. tū securum paulatim recepi a
nimū: postq̃ inter loquēdum tā manifesta egregie virtutis tue
ac demū amoris signa demonstrasti: quin maiore i modū ad my
rara fui in ipso sermonis aggressus: q̃ te vnū ex omnium mortalium
turba inuenissem: tam mitē: piū: rectū: tanq; singulari predictus
bonitate. Sed philalethē postq̃ te meū esse intellexi: quē ⁊ pri
cipuū ⁊ ante omnes vnū vt inuiserē iusserat pater meus: puer
sa sum ilico ex admiratione in maiore gratulationē: que te mihi
aliquando oblatū habuissem: vt cū ad patrē meū reuerterem;

possem post longam reliquorū mortaliū in me crudelitātē ac im-
manitatē: tui etiā vniūsum summiā vereq; ab illo mihi pronuncia-
tam humanitatē ⁊ pietatē referre. **Epbi.** O que audio tristitia
dura: infanda: execranda. O ferū: crudū: immane: barbarū: O
impudens. O pestilens mortaliū genus. O que debiscat vobis
terra depercatq; tota chasinate. O tollerātissimū magnū tonā-
tem. O fulmina quid cessant tua: O inanes. O extrinctas iam fa-
ces tuas. O multa sic abibit tāta vorago: flagitiorū tanta licen-
tia. **De.** Noli tam grauiter angi philacthes, satis ac super
enim penas dabūt miserrimi mortales. Sine tantū ad parentē
meū redeam: narremq; tam preclara que tibi eorum benefacta
memoravi. patientissime longeq; quidē sunt aures ei. sed haud
surde tamē. Sustinet diutius ille peccantes: quos puniat acris
us tandē atq; castiget. **Epbi.** Nisi iam pridem satis p̄spectā
babuissē impuritātē hominū: quo vnq; adduci modo potu-
issē vt tanta que vel video vel audio crederem teterrime cru-
delitatis exempla. **De.** pone iam quesui modū. **Epbi.** Et
pono quidē. Sed tu oro: priusq; abscedas dignare tantisp̄ do-
mum meā inuisere mediq; quiescere: vt in prosperiorem valitudi-
nē restituta: ac tam atra vulnerū a tabe purgata: possis demū
mundior: degantiorq; parentē tuū conuenire. **De.** Nō pre

1
statira vt sum cruenta abire : vt manifestius impietate cor pre
oculis illi ponā. Cpb. Donato mihi saltem paucos dies vt
dulcissime presentie tue fructu nō emīno priuatus sum. De.
faro vvis. Cpb. Nō ducā te i splēdida edificia: lauataq; me
fastuguriolū est mihi qđ mambus ipse meis extruxi. iuxta quo
qđ antū nature solertiore manu fabricatum. porro vxor comes
vite mee: nō cultiore qđ ego am tu vestita. sed pudica 7 sobria
seruat domū. Gnari queq; p similes mihi. sed nudi ita vt te qđ
representent. Capellas tantū paucas possideo: quas circū hos
quoridie ago montes. que 7 lacris nobis vberima suppediat
alimenta. pomis etiā 7 nucibus vescor. porum aqua ministras
mella aliquādo mihi delirio. Tū vbi nox aduenit: salicem
propter fontem crepitāribusq; 7 e facis dulci murmure deriuā
tem: fatigata membra compono. subtracisq; arborū solijs ca
pio somnū. Sed: quod omēs cuperat delicatissimas dapes 7
magnificētissimos apparatus: est mihi pax 7 quies perpetua
doli. pcul 7 fraudes. nihil timoris: nihil odij: nihil insidiarum. si
da obsequitur coniunt. dulces applaudunt gnari. audiūt: gau
dent: ridēt: iocāt: letusq; ego hilaris. liber: contētus minimis
vacuus maleficiarū: securus omnū 7 ab omī proflus anxietate
erq; animi perturbatiōe exemptus ago. In has ego: nisi forte sa

fidis: te accipiam opes meas. **De.** Minime fastidio: quas
pactoli etiā harenis longe pluris faciendas puto. **Ephe.** Ea
mus: iam nam aduersperascit. vides vt fument recta: nō multū
absumus: illuc dicto citius contendamus. **De.** Atq; ego te
sequor libens.

**Querimonia veritatis ad Iouem p Seba
stianū Grybel de sancto Gallo.**

Aspice quot terris sim plagas passa cruentas.

Aspice quod nusq; sit mihi tuta quies

Aster opem vel pande fores parer optime codi.

Ista dabunt miseram vulnera dira necem

Arma vide artificū quanta haec tormēta nec vsq;

Sana puto in nostro corpore fracta reor

Omnis vt aetherea mortalis vescitur aura

Ne violat: carpit: pungit ⁊ insequitur

Nusq; me docti: nusq; patiuntur inertes

Omnis homo mendax pagina sacra canit

**Ad bone indolis Adolescentem Joannem Thome Crem
nisiensem ode extemporanea Rudolphi Vasserburgensis.**

Diuulgem hortaris doctorum scripta viroꝝ.

Ecce opus ex media palladis arte datum.

Quod te crede mihi multis remorabitur horis.

Artificum siquidem nomina cuncta docet

Et quo supremi pacto sit nata tonantis

Lapsa polo: varijs coeſaq; verberibus.

Hoc lege dum nostros flauus madefecerit artus

Velius vt proprio marre pareatur opus.

Si tibi fructum peperit libellus.

provido grates age floriano

Dic vbi claram liquidus pererrat

Istula Focam.

Wahrzeichen am 1. Sept. 1701. 12. 01
Melchior ~~und~~ ~~in~~ ~~der~~ ~~Handlung~~
an der ~~Handlung~~ ~~Handlung~~

Frederick a Knecht
Cognomento Straussdorf.

[Signature]

[Faint signature]

[illegible]

agnosce agnosce agnosce
agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce

agnosce agnosce agnosce